



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria tertia. Statio ad sanctam Priscam. Introitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

nistrabat. Lazarus vō vnus
erat ex discubētibz cum eo.
Maria ergo accepit librā vn
guenti nardi pistici preciosi ⁊
vnxit pedes iesu ⁊ exersit ca
pillis suis pedes ei⁹: ⁊ domus
impleta est ex odore vnguēti.
Dixit ergo vnus ex discipulis
eius iudas scariothis: q̄ erat
eū traditur⁹: Quare hoc vn
guentū nō venit trecēns de
nariis: ⁊ datū ē egenis. Dixit
aut̄ hoc nō q̄ de egenis perti
nebat ad eū: s̄ q̄ fur erat ⁊ lo
culos habēs: q̄ mittebant por
tabat. Dixit ergo iesus: Sini
te illā: vt in diē sepulture mee
seruet illud. Pauperes enim
semp̄ habebitis vobiscū: me
aut̄ sp̄ nō habebitis. Cogno
uit ergo turba mlt̄a ex iudeis
q̄ illic esset: ⁊ venerūt nō p̄
pter iesum tm̄: sed vt lazarus
viderēt: quē suscitauit a mortuis. **Offert.** Eripe me de inimi
cis meis dñe: ad te cōfugi: doce
me facere voluntatē tuam quia
deus meus es tu. **Sec̄.**
Hec sacrificia nos omni
potēs de⁹: potenti virtute mū
datos ad suū faciāt puriores
venire principiū. **Per. Cōio.**
Erubescāt ⁊ reuerent̄ simul qui
gratulant̄ malis meis: induant̄
pudore ⁊ reuerētia q̄ maligna lo
quunt̄ aduersum me. **Postcō.**

Prorebeat nob̄ dñe diuini
nū tua sancta feruore: q̄
eor̄ parit̄ ⁊ actu delectemur
⁊ fructu. **Ps. Sup̄ ppl̄z Dico.**

Adiuuā nos deus salu
taris noster: ⁊ ad bene
ficia recolēda quibus nos in
staurare dignatus es: tribue
venire gaudentes. **Per dñz.**
**Cferia tertia. Statio ad san
ctam Priscam. Introitus.**



Mos aut̄ gloriari opor
tet i cruce dñi nostri
iesu christi: in quo est
salus vita ⁊ resurre
ctio nra: p̄ quē saluati ⁊ liberati
sum⁹. **Ps.** Deus misereat nri ⁊ be
nedicat nobis: illuminet vultum
suū sup̄ nos ⁊ misereat nob̄. **Dico.**

Omn̄ps sempiternus deus
da nobis ita dñice passi
onis sacramēta pagere: vt in
dulgentiā p̄cipe mereamur. **p.**

Lectio hieremie. pp̄he. xi. ca.

In dieb⁹ illis: Dixit hie
remias: Dñe demōstra
sti mihi ⁊ cognoui: tu ostēdi
sti mihi studia eor̄. Et ego q̄
si agn⁹ mansuetus qui portat
ad victimā. Et non cognoui
q̄ cogitauerunt super me cō
silia dicētes: Venite mittam⁹
lignū in panem eius: ⁊ erada
mus eū de terra viuētū ⁊ no
men eius nō memoretur am
plius. Tu autem dñe sabbat̄

qui iudicas iuste: et probas re-
nes et corda: videam ultionez
tuam ex eis. Tibi enim reuela-
ui causam meā dñe deo meo.

Grad. Ego autem dū mihi mo-
lesti essent induebas me cilicio:
et humiliabā in ieiunio animam
meam: et oratio mea in sinu meo
conuertetur. **Ps.** Iudica domine
nocentes me: expugna impugna-
tes me apprehende arma et scu-
tū: et exurge in adiutorius mihi.

**Passio domini nostri ihu xpi
Scdm marcū. cxiij. capitulo.**

In illo tpe: Erat pascha
et azima post biduū. Et
querabant summi sacerdotes
et scribe: quō iesum dolo tene-
rent: et occiderent. Dicebant
enim. **S.** Nō in die festo. **Q.**
Ne forte tumultus fieret in po-
pulo. Et cum eēt iesus betha-
nie: in domo simonis leprosi:
et recūberet venit mulier ha-
bens alabastrū unguenti nar-
dispicati preciosi. Et fracto ala-
bastro: effudit super caput ei⁹
Erant autē qdam indigne se-
rentes itra semetipsos: et dicē-
tes. **S.** Ut qd pditio ista un-
gueti facta ē. Noterat eni un-
guetū istud venūdari plus q̄
trecentis denarijs: et dari pau-
peribus. **Q.** Et fremebant in
eam. Iesus autem dixit. **Ps.**
Sinite eaz. Quid illi molesti

estis. Bonū opus operata est
in me. Semp enim pauperes
habebitis vobiscū: et cū volue-
rit potestis illis bñfacere: me
autē non semp habebitis. Qd
habuit hec fecit: puenit un-
ge re corp⁹ meū i sepulturā: amē
dico vobis: vbicūqz pdicatu
fuerit euangeliū istud in vni-
uerso mūdo: et qd fecit hec nar-
rabitur in memoriā ei⁹. **Q.**
Et iudas schariothis: vn⁹ de
duodecim abiit ad sumos sa-
cerdotes: vt pderet euz illis.
Qui audiētes gauisi sūt: et p-
miserūt ei pecuniā se daturos
Et q̄rebat quō illū oportūe
traderet. Et pmo die azimo-
rū qñ pascha imolabāt dicūt
ei discipuli. **S.** Quo vis eam
et parem⁹ tibi: vt māduces pa-
scha. **Q.** Et mittit duos ex di-
scipulis suis: et dicit eis. **Ps.** Ite
in ciuitatē: et occurret vob hō
lagenā aque baiulans. Seg-
mini eū. Et quocūqz itroierit
dicite dño dom⁹: qz magi di-
citur vbi est refectio mea vbi pa-
scha cū discipulis meis mādu-
cē. Et ipse vobis demonstrabit
cenaculū grāde stratuz: et illic
parate nobis. **Q.** Et abierunt
discipuli ei⁹: et venerūt in ciui-
tatē: et inuenerūt sicut dixerat
illis: et parauerūt pascha. Ne-
spere autē facto: venit cū duo-
i ij

decim. Et discubentibus eis
 z manducantibus ait iesus. **✠**
 Amen dico vobis: qz vnus ex
 vobis tradet me: qui mandu-
 cat mecum. **Q** At illi ceperunt
 contristari: z dicere ei sigillatim.
S Nunquid ego. **Q** Qui ait il-
 lis. **✠** Unus ex duodecim: q
 intingit mecum manu in catino.
 Et filius quidem hominis vadit: si-
 cut scriptum est de eo. **T** he autem
 homini illi: per quem filius ho-
 minis tradet. **B**onum erat ei si
 non esset natus homo ille. **Q**
 Et manducantibus illis: acce-
 pit iesus panem: z benedicens fre-
 git: z dedit eis: z ait. **✠** Su-
 mite: hoc est corpus meum. **Q**
 Et accepto calice gratias agens
 dedit eis. Et biberunt ex illo
 oes. Et ait illis. **✠** Hic est san-
 guis meum noui testamenti: q
 pro multis effundet. **A**men di-
 co vobis: qz iam non bibam de
 genimine vitis vsqz in die illu-
 cum illud bibam vobiscum nouum
 in regno dei. **Q** Et hymno di-
 cto: exierunt in montem oliuaz.
 Et ait illis iesus. **✠** Des vos
 scandalizabimini in me nocte
 ista: qz scriptum est: Percutiam
 pastorem: z dispergentur oves.
 Sed postquam resurrexero: pce-
 dam vos in galileam. **Q** Petrus
 autem ait illi. **S** Et si omnes sca-
 dalizati fuerint: sed non ego.

Q Et ait illi iesus. **✠** Amen
 dico tibi: qz tu hodie in nocte
 hac: priusquam bis gallus voces
 dederit: ter me es negaturus.
Q At ille amplius loquebatur.
S Et si oportuerit me simul
 comori tibi: non te negabo. **Q**
 Similiter autem et oes dicebant.
 Et veniunt in predium: cui nomen
 gethsemani: et ait discipulis
 suis. **✠** Sedete hic: donec orate.
Q Et assumit petrum z iacobum
 z iohannem secum: z cepit pauere
 tedere. Et ait illis. **✠** Tristis
 est anima mea vsqz ad mortem. Su-
 stinete hic: z vigilate. **Q** Et cum
 processisset in paululum: incidit su-
 per terram: z orabat: vt si fieri
 posset transfret ab eo hora: et
 dixit. **✠** Abba pater: oia tibi
 possibilis sunt: transfer calicem
 hunc a me. Sed non quod ego vo-
 lo: sed quod tu. **Q** Et venit: z
 inuenit eos dormientes. Et ait
 petro. **✠** Simo dormis? Non
 potuisti vna hora vigilare me-
 cum. **V**igilate z orate: vt non in-
 tretis in tentationem. **S**piritus quod-
 dem promptus est: caro autem
 infirma. **Q** Et iterum abiens ora-
 uit eundem sermonem dicens. Et re-
 uersus denuo: inuenit eos dor-
 miens. Erant enim oculi eorum
 grauati: z ignorabant quod respo-
 derent ei. Et venit tertio: z ait
 illis. **✠** Dormite iam z rege-

scite: Sufficit. Venit hora: ecce tradet fili⁹ hominis in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui me tradet prope est. **Q** Et ad huc eo loquente: venit iudas scarioth: vnus ex duodecim: et cum eo turba multa cum gladijs et lignis: missi a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. **D**ederat autem traditor eis signum dicens. **Q** Quicumque osculatus fuero ipse est: tenete eum: et tunc te eum caute. **Q** Et cum venisset: statim accedens ad eum ait. **R** Rabbi. **Q** Et osculatus est eum. Et illi manus iniecerunt in eum: et tenuerunt eum. Unus autem de circumstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis: et asperxit illi auriculam. **E**t respondens iesus ait illis. **Q** Quare ad latronem existis cum gladijs et lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens: et non me tenuistis. Sed ut adimpleatur scriptura. **Q** Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum: amictus syndone super nudus: et tenuerunt eum. **E**t ille relicta syndone nudus profugit ab eis. **E**t adduxerunt iesum ad summum sacerdotem: et conueuerunt in vnum omnes sacerdotes et scribae et seniores.

Petrus autem a longe securus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris: et calefaciebat se ad ignem. **S**ummi vero sacerdotes et omne concilium querebant aduersus iesum testimonium: ut eum morti traderent: nec inueniebant. **M**ulti enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: et conuentia testimonia non erant. **E**t quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. **Q**uia nos audiimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum: et post triduum aliud non manufactum edificabo. **Q** Et non erat conueniens testimonium illorum. **E**t exurgens summus sacerdos in medium: interrogauit iesum dicens. **Q** Non respondes quicquam ad ea que tibi obijciuntur ab his. **Q** Ille autem tacebat: et nihil respondit. **R**ursus summus sacerdos iterrogabat eum: et dixit ei. **Q** Tu es christus filius dei benedicti. **Q** Iesus autem dixit illi. **Q** Ego sum. **E**t videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. **Q** Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait. **Q** Quid adhuc desideram testes? Audistis blasphemiam. **Q** Quid vobis videtur **Q** Qui omnes condemnauerunt eum
i iij

esse reum mortis. Et ceperunt
 quidam conspuere eum: et ve-
 lare faciem eius: et collaphis
 eum cedere: et dicere ei. **S** Pro-
 phetiza. **A** Et ministri alapis
 eum cedebant. Et cum petrus
 esset in atrio deorsum venit una
 ex ancillis summi sacerdotis:
 et cum vidisset petrum calefa-
 cientem se: aspiciens illum ait.
S Et tu cum Iesu nazareno
 eras. **A** Et ille negavit dicens
S Negi scio: neque novi quod di-
 cas. **A** Et exiit foras ante atrium
 et gallus cantavit. Rursus autem
 cum vidisset illum alia ancilla:
 cepit dicere circumstantibus.
Quia hic ex illis est. **A** Et il-
 le iterum negavit. Et post pusil-
 lum rursus qui astabat dicebat pe-
 tro. **S** Vere ex illis es: namque
 galileus es. **A** Ille autem ce-
 pit anathematizare et iurare:
 quia nescio hominem istum quem di-
 citis. Et statim iterum gallus
 cantavit. Et recordatus est pe-
 trus verbi quod dixerat ei Iesus:
 priusquam gallus cantet bis: ter-
 me negabis. Et cepit flere. Et
 confestim mane consilium fa-
 cientes summi sacerdotes cum
 senioribus: et scribis: et uniuersis
 consilio: vincentes Iesum du-
 xerunt et tradiderunt pilato. Et
 interrogauit eum pilatus. **A**
 Tu es rex iudeorum? **A** Et ille

respondens ait. **T**u dicis.
A Et accusabant eum summi
 sacerdotes in multis. Pilatus
 autem rursus interrogauit eum di-
 cens. **S** Non respondes quicquam:
 vides in quantis tibi accusant.
A Iesus autem amplius nihil
 respondit: ita ut miraretur pila-
 tus. Per diem autem festum sole-
 bat illis dimittere unum ex vin-
 ctis quicumque petissent. Erat
 autem quod dicebatur barrabas: qui
 cum seditiosis erat victus: qui in
 seditione fecerat homicidium.
 Et cum ascendisset turba: cepit
 rogare: sicut semper faciebat
 illis. Pilatus autem respondit
 eis: et dixit. **S** Vultis dimittere
 vobis regem iudeorum. **A** Scie-
 bat enim quod per inuidiam tradi-
 disset eum summi sacerdotes.
 Pontifices autem concitauerunt
 turbam: ut magister barrabam di-
 mitteret eis. Pilatus autem iterum
 respondens ait illis. **S** Quid er-
 go vultis faciat regi iudeorum.
A Et illi iterum clamauerunt.
S Crucifige eum. **A** Pilatus
 vero dicebat eis. **S** Quid enim
 mali fecit. **A** Et illi magister cla-
 mabant. **S** Crucifige eum. **A**
 Pilatus autem volens populo sa-
 tisfacere dimisit illis barrabam
 et tradidit Iesum flagellis ce-
 sum: ut crucifigeretur. Milites
 autem duxerunt eum intro

in atrium pretorij: et conuocauit totam cohortem. Et induit eum purpura: et imponit ei plectentes spineam coronam: et ceperunt salutare eum dicentes. **S** Auere rex iudeorum. **Q** Et percutebant caput eius hardine et conspuerunt eum: et ponentes genua: adorabant eum. Et postquam illuserunt ei: exuerunt illum purpura: et induerunt illum vestimentis suis: et educunt illum ut crucifigerent. Et angaria uerunt pretereunte quempiam simonem cyrenenum uenientem de villa: patrem alexandri et rufi: ut tolleret crucem eius. Et perducunt eum in golgotha locum: quod est interpretatum caluarie locus: et dabat ei bibere myrrhatum uinum: et non accepit. Et crucifigentes eum: diuiserunt uerimenta eius: mittentes sortem super eis: ut quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius scriptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum a dextris eius: et alium a sinistris. Et adimpleta est scriptura que dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes. **S** Uah qui destruis templum dei: et in tribus diebus re-

edificas? Saluum fac te ipsum: descendens de cruce. **Q** Similiter et summi sacerdotes illudentes: ad alterum cum scribis dicebant. **S** Alios saluos fecit: seipsum saluum non potest facere. **C**hrisus rex israel descendat nunc de cruce ut videamus et credamus. **Q** Qui cum eo crucifixerat: conuiciabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt super totam terram usque in horam nonam. Et hora nona exclamauit iesus uoce magna dicens. **E**hly hely lamazabathani. **Q** Quod est interpretatum **D**eus meus deus meus: ut quid dereliquisti me? **Q** Et quidam de circumstantibus audientes dicebant: **S** Ecce heliam uocat. **Q** Currens autem unus: et impletis spongia aceto: circumponensque calamo: potum dabit ei dicens: **S** Sinite: uideamus si ueniat helias ad deponendum eum. **Q** Iesus autem emissa uoce magna expirauit. **E**t uelut templi scissum est in duo: a summo usque deorsum. **U**ides autem centurio qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset ait: **S** Uere homo hic filius dei erat. **Q** Erant autem ibi mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria ma-

gdalenez: Maria iacobi mi-
nozis et ioseph mater et salome
Et cum eent i galilea sequebatur
eum et ministrabat ei et alie mul-
te que simul cum eo ascenderat hie
rosolimam. **Hic legit in tono**

Et cum iam sero euangelij.
esset factum quod erat para-
scue quod est ante sabbatum venit io-
seph ab arimathia nobilis de-
curio qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter introi-
uit ad pilatum et petijt corpus ie-
su. Pilatus autem mirabatur si iam
obisset. Et accersito centurio/
ne interrogauit eum si iam mor-
tuus esset. Et cum cognouisset a
centurione donauit corpus io-
seph. Ioseph autem mercator syn-
done et deponens eum inuoluit
syndone et posuit eum in monu-
mento quod erat excisus in pe-
tra. Et aduoluit lapidem ad
ostium monumenti. **Offer.** Custo-
di me domine de manu peccato-
ris et ab hominibus iniquis eripe
me domine. **Secreta.**

Sacrificia nos que domine pro-
pensius ista restaurent: que me-
dicinalibus sunt instituta ieiunij.
Per. Coio. Aduersus me
exercebatur qui sedebat in por-
ta: et in me profallebat qui bibebat
uinum: ego uero orationem meam ad
te domine: tempus beneplaciti deus in
multitudine misericordie tue.

Sanctifica/ **Postcolo.**
tionibus tuis opus deo et vi-
ta nostra curent: et remedia nobis
sepiena prouentat. **Sup pph**

Tua nos misericors/ **Dio.**
dia deo et ab omni surreptio-
ne vetustatis expurget: et ca-
paces sancte nouitatis efficiat. **p.**
Feria. iij. Statio ad sanctam
Mariam maiorem. Introitus.



Minore diu omne ge-
nuum flectatur: celestius
terrestrium et infernorum
quod dominus factus est obe-
diens usque ad mortem: mortem autem
crucis: ideo dominus iesus christus in glo-
ria est dei patris. **p.** Domine exaudi
orationem meam: et clamor meus
ad te ueniat. **O**remus. Flecta-
mus genua. **Leuate. Oratio.**

Propterea quod opus deo ut qui
in nostris excessibus incessanter
affligimur: pro uiginti tui pas-
sione liberemur. Qui tecum.
Lectio esaię pphete. lxiij. ca.

Hec dicit dominus deus: Di-
cite filie syon. Ecce sal-
uator tuus uenit. Ecce merces
eius cum eo. Quis est iste qui ue-
nit de edom tinctis uestibus de
bosra? Iste formosus in stola
sua gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Ego qui lo-
quor iusticiam et propugnator sum
ad saluandum. Quare ergo ru-
brus est indumentum tuum et vesti-